



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis**

In duas partes distincta

**Teresa <de Jesús>**

**Coloniae Agrippinae, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.**

Cap. XXVII. Villanouana de la Xara fundatio quomodo sit peracta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37974**

NARRAT FVNDATIO MONASTERII IN OPIDO VILLA  
noma de la Xata.

**H**ispalensi fundacione iam constabilita, à fundando per quadren-  
nium & amplius cessatum est, causa fuit, quòd magnæ acgritudi-  
dere penè aduersus Discalceatos & Discalceatas exorta sint, pen-  
tionum procella: quamvis enim permultæ hæctenus contra nos in-  
rexissent, nulla tamen ita fuit grauis atque hæc vltima, vt pote quæ  
huiusmodi, vt, quidquid factum erat hæctenus summo esset in  
culo, ne penitus subuerteretur & concideret. Satis ergo parum, quæ  
diabolo sanctum hoc principium quod Dominus inchoarat, mis-  
stum & exosum esset, quòdque videret id opus illius esse, quandoque  
dem progressum & incrementum habebat. In Discalceatos, ac par-  
tim Superiores ipsorum, grauis hæc falsorum testimoniorum & calu-  
quiorum, (quia omnes penè Patres mitigatæ regulæ illis se oppo-  
bant) procella defruijt. Hi ergo Reuerendissimum Patrem  
Generalem ita perpulerunt, vt, quamvis vir esset viræ integritatis  
ipsemet facultatem dedisset vt omnes conuētus fundarentur, vn-  
cepto Abulensi, qui fuit primus, is enim annuente Pontifice, Roma  
erectus est) omni contentione obstiterit, ne plura Discalceatorum  
nasteria fundarentur: nam erga monasteria Monialium semper  
animatus mansit. Quoniam vero illorum ipsa rebus prout  
opitulabar, aduersum me stomachari & indignari capere: quod  
maximum fuit, quòd hisce fundacionibus pertuli, tormentum &  
Etio; tamen ea fuerint plurima. Etenim vt opus, quòd ipsa ad oculum  
videbam ad Dei obsequium & Ordinis nostri incrementum re-  
promouere & iuuare dehinerem, non patiebantur viri longe do-  
quibus ipsa tum confitebar: alia autem ex parte aduersari me  
Superiorem meum velle videbam, ipsa mihi morte grauis vide-  
tur. nam præterquam, quòd enim amare obligabar eò quòd super-  
meus esset, aliunde etiam mirifice erga eum afficiebar, & san-  
debeatur. Vt autem verum fatear, tamen in hoc illi morem  
& gratificari quàm maximè vellem, maxime tamen poteram,  
Visitatores haberem Apostolicos, quibus parere necesse me era-  
ritur interea Nuntius Apostolicus vir sanctus & mirus  
fautor & cultor, qui proinde insigniter erga Discalceatos  
barur.

Procella ad-  
uersus Dis-  
calceatos  
notia.

Illius in locum alius sufficitur, quem propterea Deus submisit  
 edebatur, ut aliquam nobis patiendi materiam suggereret. Pontificem  
 hunc aliquo consanguinitatis titulo is attingebat, & haud dubie  
 dei seruus erat. Sed mox ut huc venit, Patrum Calceatorum & Gau-  
 dentium negotia serio cordi habere, & studiosè promouere cepit,  
 & secundum ea quæ illi de nobis relata erant, visum illi expedire,  
 ut hæc quæ iam data erant, principia, vterius non procederent.  
 Unde etiam mox summo cum rigore hæc ipsa executioni mandare  
 cepit, eos condemnando, carceri mancipando, aut proscribendo, quos  
 illi in hoc cepto resistere posse putabat.

Ante, & plus alijs, exagitati sunt F. Antonius de Iesu, is inquam  
 primi Diocalceatorum Monasterii fundamentum fuit, nec non  
 Hieronymus Gracianus, quem pro defunctus Nuntius Apostoli-  
 cam Gaudentium Patrum Visitatorem constituerat. Aduersus  
 hunc, & P. Marianum de S. Benedicto, nouus ille Nuntius  
 maxime insurrexit. Qui qualesue, Patres hi fuerint, iam antè in  
 superioribus foundationibus declarauit. In alios etiam Patres, è  
 quætoribus & celebrioribus animaduertit, sed non eo quo in  
 hoc, rigore. his ergo anathematis proposita pœna indixit, ne quis  
 eorum illa dere amplius faceret. Satis verò apparebat hæc om-  
 nia Deo dirigente fieri, ipsiusque Maiestatem ad maius aliquod  
 bonum, utque bonorum illorum Patrum virtus magis hac ratione  
 innotesceret (vbi etiam innotuit) permittere. Quocirca quemdam  
 in mixto Ordine Monasterijs nostris tum Monialium, tum  
 Regiosorum Visitatorem præfecit. Qui si id, quod cogitabat, in  
 illis inuenisset, nimis quam grauius nos afflixisset, quamquam adhuc  
 magnam afflictionem passi sumus, quemadmodum aliquando  
 cepto committeret, qui melius quàm ego, id poterit præstare. Ego ve-  
 ro hæc obiter tantum & velut per transennam tango, ut, quæ post  
 sunt Moniales, norint, quantopere ipsæ ad perfectionem  
 semper promouendam sint obligatæ, cum iam velut complanatum  
 innotuant, quod Monialibus hodie viuentibus tam caro stetit: ere-  
 rit illarum nonnullæ illo in tempore satis multa propter sinistra il-  
 la testimonia & calumnias perpeasæ sunt: quam sanè magis miserebar  
 quam me ipse: nam quod ego patiebar, ad eò non me affligebat, ut  
 potius gaudium inde & voluptatem eaperem. Persuasum habebam,  
 me vniuersi causa turbidam hanc tempestatem coactam esse, meque  
 in procellosum mare, ad instar Ionæ, coniecta, fore ut vniuersa procel-  
 la detumesceret. Benedictus sit Deus & laudatus, qui veritatis  
 patrocinium suscipit. vbi hic suscepit. Etenim Rex noster Philip-  
 pus,

Mmm.

pus,

pus, cognito quid rerum ageretur, & audito quæ Discalceatorum esset viuendi ratio & institutum, nostri patrocinium suscipere designatus est, aded vt à solo Nuntio causam nostram noluerit indicari; sed quatuor ei sua ipse spontè designauit assessores, viros quæ ues, & horum tres esse iusserit Religiosos, quò causæ nostræ equitas melius discuteretur. Horum vnus erat P. M. F. Petrus Fernandus, vir vitæ sanctimoniam, doctrinam, iudicioque præstantem iam aliàs in Castellana prouincia, Apostolici Commissarij, & Visitatoris, tum Gandentium, tum Discalceatorum, munere functus erat. Norat rei veritatem, & quænam tam horum quam illorum esset viuendi ratio; etenim aliud nihil ipsi desiderabamus, quam id intesceret.

Rex Philip-  
pus Discal-  
ceatorum in-  
uoluit.

Vbi ergo primum intellexi, hunc à Rege virum ad causæ exitum & cognitionem denominatum esse, rem vt confectam habebam, quemadmodum etiam deinde, quæ Dei misericordia est, contempsit feliciter. Det Maiestas eius, vt id ad gloriam & honorem suum valeat. Tametsi verò permulti Hispaniæ Proceres & Episcopi summo festinarent, ad Nuntium de rei totius veritate certiorum reddendum hæc tamen omnia nihil profuissent, si Rege Deus vt instrueret usus non esset. Quamobrem, carissimam, eum quàm maxime diligatæ sumus semper nostris in orationibus Domino commendatæ uti & omnes eos, qui causam tum ipsius, tum B. Virginis Dominiæ nostræ, defendendam susceperunt. quocirca id vobis gratum atque etiam commendo. Iam igitur liquidò videtis, carissimam, quæ parua ad vltius fundandam suppeteret oportunitas. quare alacriter iugiterque orationibus insistebamus, & pœnitentias frequentabamus, quo quæ iam fundatæ erant domus, Deus vltius conferuaret, illi ad suum honorem uti vellet.

Sub huius grauioris tempestatis, quam aded paucis petitis (etenim propterea exigua ea vobis videbitur, quæ tamen per magna & multa fuit, & tam diu durauit) initium, cum Tolenti Hispaniensi fundatione reuersa anno M. D. LXXVI. agerem, quædam opidi Villanoua de la Xara Sacerdos mihi à Magistratu loci illius litteras attulit, quibus ille petebat vt ad quatuordecim virgines quæ in S. Annæ eremum iam ab hinc annis aliquæ desese receperant, & in domuncula quæ ei vicina erat, commorantibus, in id admittendas, ad Monasterium illic fundandum excurrerem. tanta porro hæc in recollectione & sanctitate uebant, vt vniuersam opidi permouerent multitudinem, pijs ipsarum desiderijs, quibus Moniales esse volebant, sancti-  
tudine

idem. Litteras quoque suas hac de causa ad me miserat loci illius Pa-  
 trochus, Augustinus Eruias cognominatus, vir doctus iuxta ac pius  
 preterea autem eius in causa erat, ut, quantum posset, opus hoc san-  
 ctum promoueret. Mihi vero ea res minimè admittenda videbatur,  
 idque ob hæc rationes. Primo, quod tam multæ essent, quare ni-  
 mis quàm difficile mihi fore videbatur, ut quæ iam certæ vitæ rationi  
 assuetæ erant, ad nostrum sese institutum accommodarent. Secundo,  
 quod nihil propè haberent, quo sese sustentarent, & opidum vix  
 mille numeraret ciues: adeo ut ad eleemosyna viuendum vix ra-  
 tio assulgeret; & quamuis resp. illarum se necessitatibus prospecturam  
 consideret, minimè ea durabilis ac perpetua futura promissio videretur.  
 Tertio, quod careret domo. Quarto, quod ab aliis monasterijs opidum  
 hoc distaret. Et, quamuis harum virginum probitas omnium sermone  
 probaretur, certè quod illæ mihi visæ non essent, scire non poterã, nũ,  
 quæ in hisce monasterijs talenta requirimus, hæc ipsa præferrent. Un-  
 de constitui, postulara prorsus negare. Ut tamen in eo consulto proce-  
 derem, Confessario meo, qui tum erat Doctor Velascius, Canonicus  
 & Cathedralicus Toleranus, viro docto æquè ac pio, quiq; modo  
 Ovomensem Episcopum agit, rem communicate volui. pro more  
 nam que habeo, nihil vñquam è proprio cerebro & iudicio, sed hu-  
 milis virorum è consilio agere. Is ergo ut litteras vidit, remque  
 ex ordine intellexit, suasit postulara prorsus non reijcerem, sed  
 inquam illis spem facerem: cum enim tot simul corda in v-  
 tum, Deo mouente, scopum collinearent, euident id signum  
 esse, Deum in eo sibi complacere, & id in suum obsequium diri-  
 gere velle. Illius ergo consilio acquieui, ut nec planè petita con-  
 cederem, nec negarem. Interim verò dum impensus hæc per-  
 petuas, etiam per aliorum interuentionem qui negotium confice-  
 rent, petuntur, in annum vsque octogesimum protracta res est, quod  
 semper inconsultum & stolidum mihi videretur eam concedere:  
 cum responderem, numquam ex professo & de plano rem negare  
 peteram.

Factum interea, ut P. F. Antonius de Iesus in monasterio, quod *Villanouani*  
 S. Maria de Auxilio nomen habebat, & tribus ab Villanoua len- *canonij ex*  
 tati distaret, exilium suum perficeret, & subinde illic verbi *ordia.*  
 prædicationis ergo exiret, quin & ipse loci Præpositus,  
 cui & modo est, P. F. Gabriel de Assumptione, vir appri-  
 me prudens, & insigniter sanctus, sæpius ad idem opidum ve-  
 nit: quod ambo Doctores Eruias per familiares essent.

Lll

Cum

Cum ergo sanctas hasce sorores subinde conuenirent, ita erga  
 rum virtutes affici cœpere, vt, cum à ciuibus, tum Doctore per  
 & impulsu, rem illam in se suscepissent, & per epistolas quàm in  
 rissimè mihi commendare cœperint. Cumque ipsa in Malagrensi  
 Cœnobio (qui locus sex & viginti leucarum, quàm & amplius  
 à Villanoua aberat) agerem, idem Prior ad me, hac de re, coram  
 rus, excurrit, quid in ea fieri decernique posset edifferens; addidit  
 ipsum Doctorem Exuias, monasterio iam fundato, trecentorum  
 aureorum redditum annuum, è beneficij sui pensione percipiend  
 rum, assignaturum, dummodo ad hoc faciendum, eia Romanam  
 ria daretur facultas. Valdè autem incerta mihi ea res videbatur,  
 & quamdam diffidentiam redolere, quòd, ipso iam fundato, et  
 cum exiguo illo censu quem ipsa habebant, satis superque esse  
 de plurimas P. Priori rationes, è quibus ipse colligeret minime  
 dire rem fieri, deprompsi, quæque, vt mihi quidem videbatur, in  
 cientes erant: monens, vt & ipse, & P. Antonius de Iesu, rem serio  
 minarent, ipsorum conscientia eam me committere dicitans; qu  
 bam quippe, eas quas ijs afferebam rationes, ad ipsam euertendam  
 & non planè efficiendam; sufficere. Vt ergo inde digressus es  
 siderare mecum cœpi, quanto per huc ipse propendet, & de  
 de hac re ad Prælatum quem nunc habemus, Magistrum inquis  
 Angelum de Salazar, referret, vt sua is auctoritate eam admitt  
 vnde cum, celeritate vsa, præuerti, ab illo impensè per litteras  
 ne ad hoc facultatem concederet, meas illi rationes exponenda  
 ipse prout quidem postea mihi referipit) numquam eam datur  
 luerat, nisi in quantum in id ipsa consentirem aut app  
 rem.

Sesquimensis (nescio an non & amplius) effluxerat, cum multo  
 gitanti rem iam plane dissolutam & impeditam esse, redditus  
 bellario, senatus littera, quibus ille significabat simul & spon  
 nihil eorum quæ quomodocumque necessaria erant, illis d  
 rum; ipse quoque Doctor Eruias sese obligabat ad id quod ante  
 dixi, accedebat & litteræ duorum illorum Patrum, qui quam  
 simè negotium vrgebant. Maxima autem mei timoris causa erat  
 non simul sorores in Ordinem admittendæ essent: existimabam  
 fieri posse, vt hæc contra eas quæ iam admittæ erant & veteran  
 nem quamdam inter se (vt fieri solet) excitarent; tum etiam, quod  
 ti nihil ac stabile ad illarum sustentationem haberi viderem. q  
 offerebatur, non erat huiusmodi, vt ad admittendum iure me  
 pellerè adeo vt me valde perplexam & ancipitè viderè. Verum  
 rem.

comperi, hunc solo demone auctore timorem in me excitatum fuisse: quod ad hoc mihi animi à Domino daretur: nã tanta mea tunc erat pusillitas ac diffidentia, nihil vt Deo fidere viderer. Sed feruentes sanctorum illarum animarum preces tandem longè efficaciores fuere & plus potuere.

Ergo die quadam, cum à sacra communione surgerem, & hoc Deo (vt ille faciebam) negotium seridò comendarem (nam causa, cur semper bene illis responderem, erat, quòd vererer, ne quo modo aliquarum animarum profectum & bonum impedirem: etenim nihil magis semper desidero, quàm aliquam à diuini & excogitare posse rationem, vt Dominus laudari & coli posset, & plures existerent, qui ei possent obsequium facere) Maiestas illius acriter me obiurgauit, petens; quibus (nam reliquæ quæ hactenus erecta erant domicilia, thesaurus fundata essent: & mandans hanc vt domum admitterem, vt quæ partim suum in obsequium, partim in animarum salutem cederet. Verba autem Dei aded sunt efficacia, vt intellectus non solum ea intelligat, sed etiam ab iisdem ad veritatem intelligendam illudaret, simul etiam voluntas ad illa opere exequenda disponatur. Quod etiam hic mihi contigit: nam non solum volupe mihi fuit monasterium hoc tunc admittere, verum etiam grauiter mihi deliquisse & noxam in ignem contraxisse visa sum, quòd tam diu rem distulsem, & humanis rationibus plus à quo nixa essem, cum quæ in sacra hac Religione. Maiestas ipsius hactenus fecit, aded omnem humanam rationem & captum transcendisse viderim.

Vt ergo fundationem illam admittere planè iam constitui, necessarium cum primis mihi videbatur, vt cum ijs, quæ ibi mansuræ erant, Monialibus me illuc ipsa conferrem, idque ob plurimas quæ mihi tunc occurrebant rationes & causas, tamen ipsa corporis constitutio iter hoc mihi tunc dissuaderet, quòd ægra admodum Malagonem peruenissem, & ægritudo nondum me deseruisset. Sed tamen, quòd è re diuina id fore censerem, id superiori meo indicaui, petens vt illud ipse mihi faciendum præscriberet, quod expedire magis iudicaret. Is ergo non modo fundandæ domus potestatem fecit, verum etiam addito imperio mandauit, vt illius fundationi præsens interesset, & quas cuperem monachas mecum cõducerem. quod certè non parum mentem meam allietauit, quòd hæ habitaturæ essent inter illas, quæ ibi iam commorabantur. Re ergo cum Domino per preces communicata, è Toletana domo vnã, quæ futura erat præfecta, duas verò è Malagonensi, nec non aliam quæ futura erat Vicaria, assumpsit. quod verò res hæc tam frequenter & frequenter esset per orationem ab illius Maiestate petita,

Mmiv 3

dele-

*Dominus  
S. Matrem  
reprehendit  
quod demum  
hanc non ad-  
mitteret.*

delectus hic optime cessit . quod ego certe permagni feci erentis  
 foundationibus quæ è solis nostris Monialibus inchoantur , tanta  
 non est difficultas , & omnia facili negotio accommodantur.

P. F. Antonius de Iesu , & R. P. Prior Gabriel de Assumpcionibus  
 nos accersitum venerant. Cumque resp. omnia nobis necessaria  
 suppeditasset, sabbatho ante Quadragesimale ieiunium, decima tertia  
 Februarij die, anno octuagesimo Malagone discessimus. Ita prius  
 rectè valebam , numquam ut agrotasse viderer, ita ut me ipsa obli-  
 pescerem, perpèderemque quanti referret , propriis debilitatem & in-  
 valetudinem non morari, cum de diuini cultus & gloriæ augmento cogi-  
 videmus ; quæcumque demum in contrarium insurgat contradi-  
 & ablocutio, potens namque ipse est, è debilibus facere robustos , &  
 ex agris rectè valentes & quamuis hoc etiam minimè faceret , tamen  
 certe animæ nostræ accidere vitius potest, quam aliquid pati. Ad quod  
 enim vitam & sanitatem habemus , quam ut tanti Regis & Domini  
 causa eam prodigamus, utque honorem illius intuentes & spectantes,  
 nostri ipsorum obliuiscamur? Hanc viam si insistatis , carissimi amici  
 credite ) numquam quid vobis malè cederet. Equidem fatear operam  
 meam mihi nequitiam & imbecillitatem sapè timoris & dubitationis  
 occasionem fuisse. atramen non memini, me, ex quo Discalceatus  
 habitum mihi Dominus dedit , quin etiam aliquot annis antè ( quod  
 illius est misericordia ) è singulari eius gratia , ab id genus tentan-  
 nibus superatam succubuisse, & quod ad illius obsequium maxime  
 cere nossem, quantumcumque id arduum ac difficile foret, facilius  
 non suscepisse. Satis autem video, quam id exiguum esset , quod  
 à parte mea præstabam : at plura non cupit Deus, quam relin-  
 tionem illam ac propositum, ut reliquum ipse à parte sua præsteret.  
 re sit ipse in perpetuum benedictus. Amen.

Per monasterium B. Virginis ab Auxilio cognominatum, de quo  
 iam supra egi , & quod tribus à Villanoua milliariibus remotum est,  
 transire nos oportebat, & illic aliquantisper hærete , vsque dum  
 ventus nostri opidanos certiores fecissemus : ita namque comen-  
 erat, me vero Patribus illis quibuscum ibamus , per omnia obedi-  
 par erat. Monasterium autem hoc intra siluarum est abditum , &  
 in solitudine satis deuota : cui cum propiores fieremus , fratres  
 cum Priore ordine incedentes nobis excipiendis obuiam proce-  
 re: & quod essent discalceati, & tunicis suis grossioribus induti , &  
 nibus nobis deuotionis sensum , mihi verò quamdam animi reueren-  
 dinem attulerunt, quod florida primorū Ordinis nostri Patrum  
 pora hac in imagine videre viderer, hinc hoc in agro florum candido  
 & c.

*Discalceati  
 Patres San-  
 ctæ Mariæ  
 excipiunt.*



& fragrantissimorum speciem referrent. & certè tales eos in conspectu & iudicio Dei esse credo: etenim, nisi iudicans fallor, valdè fideliter hoc in loco is seruitur. In ædem porro sacram agminatim me adduxere, cantantes *Te Deum laudamus*, idque vocibus modestis & mortificatis. aditus porro illius subterraneus est, velut per cauernam, quæ speciem referebat eius, in qua Pater noster Elias delituerat. Ego certè tantum interiùs gaudio delibuta eram, vt, simile quid sentura, etiam longius multò iter libenter suscepissem: quamquam satis alioquin dolerem, quòd iam tum mortua esset sancta illa mulier Catharina de Cardona, cuius opera monasterium hoc Deus fundauit; quia, tametsi summo opere id cuperem, illam videre non merui.

Ceterùm non abs re mihi fore videtur, aliquid hoc in loco de illius vitæ referte, nec non quibus istud hic monasterium modis Dominus fundari voluerit, quòd tantum tam multis per vicina opida hominibus fructum & vtilitatem (prout quidem è variis intellexi) artulit: vtque sanctæ huius pœnitentiæ visa, carissimæ, videatis, quàm ipsæ in postremis hæreamus, simul etiam nouum Domino feruenter seruienti propositum concipiatis: cum nulla sit ratio, quòd ipsæ minus præstetis quàm illa, cum tam delicata & illustri ortæ prosapia non sumus atque ipsa. Nam quamuis parum id importet, id eò tamen refero; quòd semper admodum delicatè, & pro ratione familiæ suæ (erat namq; Dum de Cardona sanguis, vnde etiam vulgò Domina Catharina de Cardona vocabatur) esset educata. Postquam verò iam pœnitentiæ se dare cepisset, quoties mihi litteras scribebat (scripsit autem aliquoties) aliud nomen non subscribebat, quàm *Peccatrix*. Qui verò vitam eius seripso committent, quæ de ea antè, dicenda erunt, quàm ingentes hæc gratias ei Dominus conferret, nec non alia multa quæ eodem spectant, particularius & enucleatius prosequentur. Ego verò hic aliud de ea non dicam, quam quæ ex ijs qui cum ipsa conuersati sunt, & eodem merentur, audiui, si fortè ad vestram eà noticiam non perueniunt.

Quamdiu ergo Catharina hæc inter magnates & sæculi huius Principes vixit, semper magnam animæ suæ rationem habuit, pœnitentiæq; exercendæ perstudiosa fuit. Huius autem amor ac desiderii assidue in ipsa creuit, nec non voluntas in illum se locum conferendi, in quo sola Deo suo stui posset, seque totam asperitati (nemo vt in ea sibi impedimento esset) impendere. Hoc ipsa consilium ac voluntatè Confessarijs suis cum sapius aperiret, numquam hi ei ad hoc facultatem dare voluerunt, quòd enim mundus hodierna die ita discretioni studeat, & magnarum gratiarum, quas Deus vniuique sexus sanctis, qui olim

*Catharinæ  
de Cardonn.  
elogium.*

in de-

in deserto ei feruierunt, contulit, penè sit oblitus: hinc certè non  
 ror, id illis propositum stolidum ac stultum visum fuisse. At quia  
 desiderijs Maiestas illius semper fauet & adest, quò sic illa operi  
 quando possint mandari; illo dirigente factum, vt Patri cuidam ex Or-  
 dine S. Francisci, cui nomen Franciscus de Torres, (quem ipsa fami-  
 liariter noui, & vt sanctum virum reputo, qui que iam ab hinc  
 multis mirum in austeritatibus subeundis, & oratione colenda feru-  
 rem prætulit, nec non plurimas persecutiones & aduersitates perpessus  
 est) deinde confessa sit. Nouit scilicet is optimè gratiam, quam Doro-  
 nus præstare solet illis, qui quo illam recipiant, totis viribus conato-  
 tur. quare auctor & fauor ei fuit, vt moram omnem abrumperet, no-  
 tionem, ad quam Maiestas ipsius eam vocabat, sequeretur: nescio  
 hæc ipsissima eius verba fuerint, verisimile tamen est ipsa fuisse, cum  
 dem ab ipsa mox executioni mandata sint.

Suum illa propositum Eremitæ cuidam Compluti agenti ap-  
 ruit, eumque rogauit vt secum proficisceretur; ea conditione vt ma-  
 mortalium id dein significaret. Venerunt tandem ad locum, ubi  
 monasterium postea constructum est: vbi cum illa angustam quædam  
 reperisset speluncâ, quæ ipsam vix caperet, ipse digressus est. Quorsum  
 lam amore actâ & impulsam putamus: etenim minimè curabatur  
 cita erat de eo quod comederet, de periculis in quæ incidere postea  
 infamia deniq; quæ illam sequeretur tum, cum iam inter homines  
 compareret. Quàm verò sancta hæc anima amore ebria esse debet  
 quàm absorpta in eo vt nullus sibi in sponsi sui fruitione, esset im-  
 pimento! quàm etiam determinata, ad ampliùs ad seculum non reuert-  
 dum, cum omnes eius delicias & gaudia sic à se abdicasset. Ac  
 hoc consideremus, carissimæ, ac videamus, quomodo ipsa simul & ca-  
 mel euicere & expugnarit vniuersa. Nam quamuis non minus & ma-  
 rius sit quod ipsa facit, dum sacram hanc Religionem ingredimini  
 voluntatem vestram dedicatis, & tam continuæ clausuræ professuræ  
 & votum emittitis, nescio tamen an primi hi feruores in nonnullis  
 intepeſcant, nosque ipsas rursus aliquibus in rebus amoris nostri pro-  
 prio non subijciamus. De diuina Maiestas, vt hoc ita se non habet  
 sed vt, sicuti sanctam hanc mulierem in nobis à mundo sequestrandam  
 eoquè fugiendo, imitamur, ita etiam interius totaliter extra  
 sumus.

Multa sanè de mira vitæ eius austeritate inaudiui, ac credidit  
 non nisi minimam eorum partem innotuisse: cum enim tot annorum  
 litudine illa egerit, & incredibili asperitatis subeundæ arderet  
 nos cum nullum haberet, qui impetum illius inhiberet ac reprimere

simile sanè est, diris ipsam in corpus suum modis sanctissime. Hoc so-  
 lum de illa referam, quod quidam ex ipsamet intellexerit, atque in pri-  
 mis Moniales nostræ Tolercanæ, quas data opera ipsa inuisum abiit, &  
 quoniam simpliciter ac candidè (vri & cum alijs quibuslibet facere  
 solebat) velut cum sororibus suis conferebat: magna namque eius  
 erat simplicitas & candor, quemadmodum & humilitas eius magna  
 erat. Et quoniam nihil se à semetipsa habere norat, hinc ab omni vana  
 gloria nimis quam erat aliena; unde volupe ei erat, gratias, quas ei Deus  
 operam faciebat, alijs referre, vtiliarum adminiculo nomen illius pos-  
 se laudari & glorificari. Quod sanè admodum periculosum foret in  
 his qui ad hunc statum non pervenire: nam propriae laudationis no-  
 tum saltem non effugerant; sed hanc & sinceritas & sancta simplicitas  
 ab hac hand dubiè immunem præstabat; numquam enim hunc in ipsa  
 defectum à quoquam audivi. Dixit autem, ad octennium se in illa spe-  
 cie mansisse, & ibi sæpius non nisi herbis & radicibus agrestibus victitaf-  
 se. Postquam enim tres illi panes, quos ei reliquerat eremita qui ipsam  
 illuc conduxit, defecissent, amplius nihil habebat: vsque dum eam pa-  
 trellus quidam inuenit, qui ei deinde de pane & farina prospexit. Ni-  
 l aliud enim ipsa aliud comedeat, quam tortas quasdam ad ignem ex co-  
 ctas, idque non nisi post triduum. Certum autem est, nam & Religiosi  
 eidem commemorantes id testantur, ipsos (idque postquam iam fracta  
 suspensibus erat) aliquoties ei, vt haleculā, aut aliud quidpiam come-  
 deret præcepisse, cum iam scilicet monasterii fundationem procuraret,  
 ipsam verò damnum inde potius, quam commodum aliquod sensisse.  
 Numquam autem, (quantum quidem ipsa noui) bibit vinum. Ingenti  
 & crassa quadam catena in tergum suum sæuendo disciplinas faciebat,  
 idque sæpius per duas horas, aut sesqui horam. Cilicia verò eius tam  
 erat acuta & aspera, vt mulier quædam quæ è peregrinatione rediens  
 apud illam, ibidem dormitura, manserat, mihi dixerit, se, cum dormire  
 cogeret, vidisset illam cilicium suum exuentem, ipsumque quod pla-  
 nus id erat tormentum (vri ipsa iis quas dixi Monialibus retulit) quod  
 demoniis pariebat: nam frequenter ingentium molossorum for-  
 ma ei apparebant, inq; humeros illius conscendebant; alias verò ad in-  
 ter colubrorum ac serpentium; ipsa verò nequidquam illorum af-  
 fectu terrebat. Etiam si monasterium iam condidisset, semper ta-  
 men ad specum suam se conferebat, in eaque dormiebat, nisi fortè cum  
 quibusdam officiis volebat interesse. At prius, quàm id constitueretur, ad  
 quoddam fratrum Redemptionis captiuorum monasterium, (quod  
 quarta leuca parte inde distabat) sacri audiendi causa se, & quidem  
 S. Matru Teresa Opera.

Nna

inter-

interdum genibus adrependo, conferebat. Vestis eius extrema erat & panno grossiori, uti & tunica; & ita confuta & formata, ut virilis vestis videretur.

Postquam autem tot annis illic sola egisset, voluit Dominus illius nomen divulgari. hinc omnes circumquaque incolae tanta in eam deuotione & affectu ferri cæperunt, ut assidue ad alloquendum affluentem multitudinem satisfacere vix posset. vnum porro magnæ cum caritatis & amoris significatione alloquebatur. Quo autem diutius illic agebat, eo etiam cum tempore maior hominum ad eam fiebat confluxus. cui verò eam alloquendi fiebat potestas, is magnum aliquod se beneficium conferendum arbitrabatur. Ad eam autem hoc illi graue & molestum erat, ut se per hoc diceret enecari. Nam subinde tanta curruum vicinum vndiquaque campum opplebat multitudo, ut postquam illi fratres sunt commorati, non aliter ab ea expediri possent, quam eam in sublime efferendo, ut sic subiectam multitudinem sua manu benediceret. itaque se ab ea expediebant. Postquam iam octo ipsius annos in hac spelunca (quæ iam capaciore erat, qui enim eam visitantes veniebant, eam adauxerant) mansisset, in grauem incidit ægri-tudinem, quæ eam se morituram putabat, & hæc omnia in dicta spelunca contagebant.

Exinde auidè desiderare cœpit, ut illic quoddam Fratrum Monasterium excitaretur; atque isthoc desiderium ad aliquod tempus habuit, nesciens tamen cuius potissimum Ordinis ipsum faceret. At cum quodam tempore, coram crucifixo, quem semper penes se habebat, oraret, ostendit illi Dominus in visione album pallium; & hinc intellexit, ipsam Discalceatorum Conuenticularem esse debere; cum tamen hæctenus non intellexisset, quod in mundo vsquam religiosos existere: quia tum temporis monasteria duo eorum erecta erant, Manzeranum videlicet ac Palatrinense. Inquisiuit haud dubiè quis hic ordo esset, cumque cognouisset tale Pastranæ monasterium esse, & Principis Eboientis, Rodolphi Comitij Principis (ad quem Pastrana pertinebat) uxori iam ab ipso perfamiliaris fuisset, illuc illic concessit, ut quod ipsa tantopere optabat, monasterium aliquando erigi posset. In Pastranensi uero Conuenticulo, in templo S. Petri (hoc namque ei est nomen) B. Virginis ipsa habitum assumpsit, tamen si Monasticam vitam assumendi animo emittendi intentionem non haberet: neque enim unquam ad huiusmodi vitæ genus propendit (quod alia eam via Dominus condidit) sed quod vereretur, ne, quam habebat ad austeritates libere



concameratum, in quo vixit plurimum noctu & interdum verberatus.  
 Sed non diu ibi egit: neque enim deinde ultra quinque annos & de-  
 midium, postquam ibi monasterium erectum fuit, supercavit: quod  
 imò etiam illud ipsum quod vixerat, communem naturæ omnium  
 transgredi & superare videbatur; aded scilicet aspera eius vitæ  
 erat. Demortua autem est (prout quidem mihi iam videretur) Januario  
 mini M.D.LXXVII. eiusque fanus maxima cum pompa & solemnitate  
 celebratum est. Nam vir quidam nobilis, quem Ioannem de Lega-  
 ne vocabant, multum in eius exequias auri impendit. Corpus illius  
 in quodam B. Virginis (cuius illa perstudiosa fuerat) sacello tantum  
 depositum iacet, vsque dum templam eo quod iam est, et  
 pacius construatur, in eoque benedictum eius corpus eo quo per  
 honore & cultu condatur. Deuotio porro, quæ illi monasterio  
 ter illam defertur, valde singularis est; vnde hæc & huic, & omnibus  
 locis vicinis aspirata & afflata videtur; præsertim vbi quis eorum  
 speluncam, in qua vixit priusquam monasterium constitueretur  
 uisisset, considerat. Narratum mihi est, aded ei molestum & græuissimum  
 quod tam multos ad se videndam homines confluere conspiceret,  
 alium in locum sese conferre voluerit, vbi nemo de ipsa quod  
 nosset, at omnibus ignora esset. Vnde Eremitam illum, à quo hunc  
 locum conducta erat, ad se euocauit, rogaturam ut alio sese condere  
 Sed is iam defunctus erat. At Dominus Deus, qui decreuerat, vbi  
 Virginis conuentus isthoc in loco erigeretur, id non permisit, nec  
 oportunitatem ad hoc ei dedit: quia (sicuti dixi) egregiè illi  
 credo. Omnes enim Religiosi optimè ad hoc dispositi sunt: quibus  
 pertè in illis videre est, quod ab hominum turba sequestrati & soli-  
 tudine viuere gaudeant: atque in primis Prior, quem etiam, ut  
 delicijs ad habitum hunc assumendum Dominus euocauit, vnde  
 iam egregiè id ei compensauit, dum illos ei in spirituales conuer-  
 Magnam is illic nobis ostendit charitatem: quia & è templi sui hunc  
 lectile dedit nobis, quæ ad id quod fundatum abibamus, ad  
 dum requirebantur. Nam quod sancta illa mulier apud plures  
 magni nominis homines ita accepta esset, hinc earum templum  
 erat sacris ornamentis instructum. Quam diu verò ipsa illic eg-  
 in animo consolationem sensi, quamquam etiam non sine  
 confusione, quæ mihi etiamnum adhæret: quod viderem, illam  
 isthoc in loco tam austeram & asperam vitam duxerat, tam fuisse  
 lierem, atque ego sum, quin etiam multo quo ego, delicatior  
 fuisse, quod tam illustri esset sanguine edita, deinde non tam  
 peccatricem, atque ipsa sum: nam quoad hoc nulla inter nos

S.  
There

Opel

N

... potest comparatio, quin etiam, multo maiores me à Domi-  
 no gratias omnimodis recepisse; quodque modo (prout quidem pec-  
 cata mea grauius sunt) in inferno non ardeam, maxima sanè est gratia.  
 Verùm vnicum quod habebam ad eam ( si quomodo possem)  
 amittendam, desiderium me solabatur. Sed parum id est: nam (vt  
 video) omnis vita mea in solis desiderijs mihi transijt, opera au-  
 tem nulla facio. Sed ipsa Dei misericordia, in qua semper fiduciam  
 habui, per sacratissimum filium eius Iesum Christum, nec non B.  
 Virginem Mariam, cuius ipsa habitum (quæ Domini bonitas est) gero,  
 mihi propitia sit.

Cùm autem quadam die in sancto illo templo, à communionem  
 largiretur, magna quædam animi recollectio, vnà cum suspen-  
 sione me occupauit, ita vt sensuum omnino expers essem. In illa  
 ergo spectandam mihi se per visionem intellectualem sancta illa  
 malice dedit, veluti corpus quoddam gloriosum, aliquot Ange-  
 lis comitata, mihi que dixit, ne me captus labor fatigaret, sed  
 in hisce foundationibus semper progredere. Vnde intelligebam  
 (quamquam signanter id non exprimeret) ipsam me apud Deum  
 mouere. Dixit mihi præterea & aliud quid, quod non est hoc loco  
 scribendum. His ergo verbis valdè animata sum, & ingens laborum  
 suscipiendorum concepi desiderium: spero que in Domini bonitate,  
 fore vt tam bono auxilio & subsidio, vt sunt hæc illius orationes,  
 in partem veniente, aliquid efficiam. Hic videtis carissimæ, quomodo  
 omnes illius labores iam finem acceperint, at gloriam quam iam  
 habet, nullum habere finem, conuitamur iam totis viribus, per a-  
 morem Domini vos obsecro, hanc sororem nostram imitari, nos ipsas  
 mortificando & contemnendo, vt se ipsa contempsit; itaque iter no-  
 strum perficiamus, cùm omnia tam celeriter prætereant, & tam cito  
 finem accipiant.

Prima autem Quadragesimæ Dominica, pridie inquam festi  
 Cathedræ Sancti Petri, in festo videlicet Sancti Barbatiani, anno  
 M. D. LXXX. Villanduanam de Xara deuenimus. Hoc eodem  
 die est diuinissimum Altaris Sacramentum in S. Annæ templo sub  
 tantum Sacrum collocatum. Ipse verò senatus totus, cum a-  
 liquot alijs, nec non Doctor Ernias, ad nos excipiendas obuiam pro-  
 ceffit, excelsionem vero fecimus in templo parochiali, quod satis erat  
 ab eode S. Annæ.

Tanta autem totius populû, erat lætitia, vt magna sim con-  
 solatione perfusa, videns, qua Sacratissimæ Virginis Deiparæ Or-  
 dinem

*B. M. Ca-  
 tharinam  
 da Cardena  
 in visione  
 videt.*

*Honoris d  
 Villanova  
 excipitur.*

5212

5212



dinem hilaritate & gaudio admitteret. Eminus festum campanarum  
 sonum audiebamus. Cùm verò templum iam ingressa essemus, hinc  
 num Te DEVM laudamus, canere cæpere, alternantibus inter se ve-  
 sus illius tum cantoribus musicis, tum ipso organo. Hoc decantans  
 Sanctissimum Altaris Sacramentum in ferculo quodam, & in alio  
 Virginis effigies, ferebatur, additis crucibus & vexillis. Magna cum  
 pompa & auctoritate ipsa supplicatio procedebat: in qua nos pariter  
 nostris albis amictæ, nec non vultum velis cooportæ, in mo-  
 dio iuxta Sanctissimum Sacramentum gradiebâmur, & tam  
 nos fratres nostri Discalceati, qui satis multi huc confluerent.  
 Aderant quoque Franciscani (nam illorum hoc in opido mo-  
 nasterium est) nec non Religiosus quidam ex Ordine Sancti Be-  
 minici, qui casu illic versabatur: qui tametsi solus hic esset, tam-  
 moperè tamen gaudia sum, illum habitum hic spectans. Quam  
 autem via esset longior, & varia per eam erecta altaria, suble-  
 bant per intervalla, actum aliquod Ordinis nostri elogium recita-  
 tur, quod certè non mediocrem in nobis deuotionem excitabat, &  
 que imprimis, quod omnes magnum illum Deum, quem præcipue  
 habebamus, dilaudarent & celebrarent, quodque illius tantum  
 tantum septem pauperibus discalceatis, quæ hic aderamus, bene-  
 haberetur. Etili vero hoc tunc considerarem, nihilominus prop-  
 introrsum confusione replebat, quod cogitarem me inter illi-  
 merari & incedere, ipsosque omnes (si me pro meritis meis tra-  
 sent) aduersum me insurgere debuisse.

Illius hu-  
 militas.

Ideo autem huius, quo Beata Virginis habitum asserere, hinc  
 ris tam prolixam narrationem institui, ut Dominum laudatis, &  
 que rogetis, hanc ut foundationem suam in honorem & laudem  
 ueritat. Etenim (ut fatear quod res est) maius tum senice sologe-  
 dium, quando multa cum contradictione & laboribus fundam-  
 piam peragitur, talemque vobis libentius describo & propono.  
 Quamquam fatendum sit, sorores illas (quæ ibi commorantur)  
 tur) sexennio propè toto, saltem plus quam quinque annis  
 dio, postquam scilicet in hocce Sanctæ Annæ monasterium  
 sunt, satis molestiarum subijisse, ut taceam extremam illarum  
 perterat, nec non laborem quem in victu lucrando subibant  
 quam enim elemosynam petere sustinere: idque ne curæ pe-  
 tarent, ideo illas ibi agere, ut sibi resp. de victu prospicerent,  
 nec non magnam illam quam usurpabant austeritatem, nec  
 frequenter ieiunando, ac tenui cibo famem pellendo, nec  
 dure cubando, & augustè admodum habitando, quod in



clausura, quam semper hæc coluere, nimis quam graue & pæno-  
 rum erat. Maximam verò illis afflictionem & dolorem ( prout mihi  
 eundem postea retulere ) attulit intensissimum illud, quo se habitu  
 religioso vestitas videre cupiebant, desiderium & voluntas, utpote  
 & noctu, & interdiu, grauissimè ipsas affligebat, eò quòd illum se  
 nem numquam visuras esse arbitrantur. Vade omnis ipsarum ora-  
 tio, vtr plurimum lacrymis condita, alio non tendebat, quam vt  
 hanc ipsas Deus gratiam faceret. Cumque aliquod subinde impedi-  
 mentum obijci, & rem propè negari viderent, summopere affligeban-  
 tur, suamque propterea adaugebant austeritatem. Ex eo, quod opere  
 manuum sibi colligebant, & è quo victum parabant, lucro aliquid  
 subinde demebant, genium defraudantes, quo tabellarijs ad me  
 proficiscentibus debitam mercedem persoluerent, nec non ( quantum  
 eundem paupertas ipsarum patiebatur ) ijs qui aliquod ipsis hac in re  
 subsidium dare poterant, gratificarentur. Postquam vero eas tractau-  
 i, earumque vitæ sanctitatem perspexi, satis videbam, illarum tum  
 orationes, tum lacrymas in causa fuisse, vt illas Ordo noster admit-  
 teret. Vnde maiorem thesaurum esse duxi, tales in eo animas agere,  
 quam si amplas possessiones & redditus haberent: spero que fore, vt  
 eæ maximè sit progressura. Vt ergo in domum illam ingressæ  
 sumus, vniuersæ ad ostium ab intro stabant, suam vnaquæ-  
 que induta vestem. Sic enim erant vestitæ, vti dum primum illuc  
 ingressæ sunt; numquam enim Beatarum habitum assumere vo-  
 luerunt, hunc nostrum assidue iugiterque expectantes: tamen  
 quem gestabant, satis honestus & modestus esset, satis vt ex eo  
 appareret, illas parum de seipsis ac cultu corporis sollicitas esse,  
 vti scilicet tenuiter & inculte vestitæ erant; & omnes propè  
 vique adeo deformatæ, satis vt pareret, valde austeram eas vitam  
 duxisse. Multis cum lacrymis, quas summum gestientis affi-  
 ni exprimebat gaudium, nos exceperunt; quas satis apparebat  
 fides non esse. Singularis porro earum virtus elucet in vultus  
 letitia quam præferunt, nec non in humilitate & obedientia quam  
 Præpositæ, & omnibus quæ ad hanc fundationem venere, præstant:  
 quibus quomodocumque gratificentur, ignorant. Verum aliud  
 non verebantur, quam, ne, cum summam ipsarum inopiam, & an-  
 gustam habitationem vidissemus, inde mox re infecta discederemus.  
 Nulla ipsarum, superiorem inter eas egerat, sed vnaquæque earum, ma-  
 gna cum humilitate, laborabat quantum poterat. Duæ, quæ ætate pro-  
 uociores erant, cum necesse esset, externa & domestica negotia procu-  
 rabant,

rabant; aliæ vero cum nullo mortalium nec loquebantur, nec loquor  
iam volebant. Clauem in ianua numquam habere, sed dumtaxat  
fulum; nulla quæque ad ianuam sese conferret, aut debatis sed qua  
rat maxima, responsa dabat & accipiebat. Per exiguum vero capiti  
fornum, quo victum sibi lucrarentur, & de statutis orandi horarum  
lam perderent: etenim sat multum temporis orationi impendebant.  
stis vero diebus diem integrum ei dedicabant. P. Ludouici Granatensis  
& F. Petri de Alcantara librorum directionem & normam in vna  
& orationis ratione per omnia sequebantur. Vt plurimum, officium  
uinum recitabant, quamuis valde parum legere nossent (nam vna  
taxa illarum peritè legit): idque ex Breuarijs quæ inter se minime  
uenirent; nam Sacerdotes nonnulli quædam in quibus iuxta veterem  
vsum Romanum legebatur, (quod illis ipsi vt pote antiquatis am  
non vterentur) Breuaria dederant; ex alijs vero legebant prout  
rant. Quod autem legere vix seirent, hinc multas huic recitationi  
ras impendebant. In eo tamen loco officium non recitabant, vnde  
alij de foris audire potuissent. Deus, credo, bonam earum inuentionem  
& laborem quem assumebant, in bonam partem admiserit: nam vni  
mile est, eas quam paucissima bene recitasse & pronuntiasse. Postquam  
verò P. Antonius de Iesu cum ijs agere cœpit, suasisit, aliud officium  
recitarent, quam ipsum B. Virginis. Habebant suum domi fuerant  
quo panem coquebant. Omnia autem ordinatim bona cum dila  
tione fiebant, tamquam si habuisset quæ singula ipsis imperaret, au  
riorem. Ego hæc videns, non potui Dominum non laudare, & quæ  
gis cum ijs conuertabar & agebam, eo magis illuc me venisse gaude  
bam. Equidem propter multos, quos subire me oportuisset, laboro  
nollem (vt mihi videtur) huc, ad animas hæc consolandas, venisse  
glexissem. Quæ verò è comitibus meis illic mansere, postea mihi reuol  
te, aliquam se primis diebus contradictionem sensisse, sed, cum  
paulatim magis magisque nossent, virtutem que ipsarum, perspicere  
summo opere se gausas fuisse quod inter illas habitare sibi commo  
vnde magnopere erga ipsas afficiebantur. Multum sanè potest  
& virtus. Certè, comites meæ erant huiusmodi, vt, quamuis multum  
in hac cohabitatione difficultatis & laboris inuenissent, ipsum  
cum Dei gratia & auxilio haud difficile & generosè extiperant.  
Quæcumque autem soror hoc in se desiderium non sentiet, illa  
ram Discalcearam esse non existimet: cum non tam recreationes, quæ  
vt aliquam patiendi materiam habeamus, desiderare debeamus, quæ  
sponsum nostrum quapiam in re imitemur: vti nam Maiestas illius  
tiam ad hoc nobis concedere dignetur.

*Religiosa  
pati vult,  
nō recreari*

Hoc autem modo illa S. Anna eremus frequentari coepta est, initium habuit. Habitabat olim isthuc in loco Sacerdos quidam Cantabrigiense, qui alias Ordinis Carmelitani fuerat, mirè erga gloriosam matrem S. Annam deuotus: huic nomen erat Didacus de S. Salazar; vnde in domus suae vicinia hoc eremitorium condidit, habebat autem ad sacrum audiendum satis bonam commoditatem. Quod autem singulari erga hanc eadem studio afficeretur, hinc iam abiit, indeque reuersus litteras, quibus hocce templum & eremitorium visentibus magna & varia indulgentiae concedebantur, reuocauit. Erat hic, magnus virtutum cultor, & seridè ad seipsum reflectens. Cum autem ex hac vita decederet, testamento suo iussit, ut illa domus, & quicquid praeterea possidebat, in monasterij pro Carmelitanis Monialibus ibidem erigendi foundationem cederet, & si hoc commode executioni mandari non posset, Capellania quaedam erigeretur, cuius possessor sacra aliquoties per hebdomadam celebraret; monasterio vero iam fundato, ad nullas sacra tunc obligaretur. Quisquam viginti annis hoc modo Sacellanus ibi fuit, vnde possessorem iam facis est imminuta: nam (tam etsi haec Virgines domum occupent, solum tamen eius usum habebant, Sacellanus vero in aedem ad Capellaniam spectabat, domo habitabat, quam etiam nunc, & reliquum (tametsi id valde exiguum sit) cedere detrectat. Sed magna Dei est misericordia, vt gloriosa aule suae domui fatum non sit neglecturus. Deo Maieestas eius, vt in illa temper ei seruiatur, & vniuersae eum creaturae perpetuè dilaudent. Amen.

CAPIT. XXVIII.

AGIT DE FUNDATIONE PALENTINA; NOMEN MONASTERII ID HABET à S. Iosepho B. Virginis de platea; fundatum id anno Dom. Octogesimo, ipsa S. Regis David se-

Mihi à Villanouana fundatione iam reuersa Superior iniunxit, vt ita petente Reuerendiss. Domino Aluaro Mendosio Episcopo Valentino (fuitis, qui primum monasterium S. Iosephi Abulæ erectionem admittit, & semper ei fauit, quin & in omnibus quae ad Obsequium hunc spectant, numquam non fauet: qui, cum Abulensi Episcopo relicto ad Palentinum transfisset, Dominus ei desiderium concepit, vt aliud sacri huius Ordinis monasterium illic erigi protuberet Vallisoletum exirenterem. Vallisoletum cum venissem, tam me in ualde agritudo, vt ex ea cuncti me demorituram puta-

*P. Aluari Mendosij e. logium.*

*S. Mariae Teresa Opera.*

*ooo*

*gent.*

*si*

